



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Natales Sanctorvm Belgii, & eorundem Chronica  
Recapitvatio**

**Molanus, Johannes**

**Dvaci, 1616**

Decima septima Februarij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9477**

die amoenissimus fons, febricitantibus medicina,  
emanat. Cuius etiam Guilhelmus Lindanus, Ru-  
ræmondeensis artifex, in A pologetico ad Germa- Cap. 50.  
nos, meminit. Capti ad iudicis prætorium ducti  
sunt, sed martyrum cum cicatrice recenti in collo ap-  
prens, (erat enim guttur cultello transfossum)  
penitentibus veniam impetravit. Visa est a me  
imago eius in via publica, & in altaribus duobus  
Collegiaræ ecclesie, habere ingulum cruenta-  
tum, & in manu cultellum piscarium, quantum  
recordor. Ecclesia iam dicta, Soterem eam no-  
minat, & per Collectam memoriam eius celebrat  
in die sanctæ Scholasticæ virginis. Sed ignoro a  
quo tempore, & cuius sedis auctoritate, hæc com-  
memoratio & applicatio Collectæ de sancta So-  
tere, virgine Orientis, in beatam Soterem Dor-  
dracensem fiat: quam sic transnominationem opinor  
ob salutem præstitam miraculis.

a Catus meminist s. Ambros. lib. 3. De Virgin. Vide  
Baron. ad martyrol. hac die.

### Decima septima Februarij.

#### De sancto Siluino episcopo.

Ex monumentis ad D. Bertinum, & aliunde.

**A**lciaco monasterio, in pago Teruāensi, Videatur  
sancti SILVINI, episcopi Tolosanæ ciui- Meyerius in  
tatis, & confessoris. Qui in Morinis miranda eni- Ann. el.  
tuit religione, abstinentia, & spirituum immuni- Flandria  
dorum electione; apud quos etiam obiit. Ut non an. 716.  
sit mirum eum ab Uliardo, & alijs quibusdam,  
nominati episcopum Teruāensem. Clariuit autem  
usque ad Vinciacum Caroli & Ragenfredi

E 5 bellum,

Februa. 19.

N A T A L E S

Chronicon  
Bertinense  
cap. 26.

Epist. 350.

bellum, potissimum in Alciaco, ubi abbatia est, eius nomen habens, fuitque in ea sepultus à monasterio Centulensi. Sed corpus per modum vadij, sub comite & abbate Arnulpho magno, delatum est ad sancti Bertini conuentum. Cumque præscriptum redimendi tempus paululum, diuinâ, uti putatur, dispositione elapsum esset, inuitis Alciacensibus ibidem remansit. Estque penes Bertinenses, donec ibidem obseruantia viguerit regularis, prærogativa honoris dandi ex suo monasterio Alciacensibus abbatem, iuxta rescriptum Innocentij tertij, quod est in fine quinti Decretalium. Meminit etiam Bernardus abbatis & ecclesiæ de Alchi, ei desertam & incultam terram in eleemosynam concedi petens.

Dei decima-nona Februarij.

Obitus beati Bonifacii, epis. Lausanensis.

Ex manu-scriptis historijs Bonifacij & Aleidis, & narratione reverenda domina abbatissæ,

D. Barbara Tas.

**I**N Camera beatæ Mariæ, obitus beati Bonifacij, episcopi Lausanensis, magistri in Theologia Parisiensis: qui Bruxellæ natus, in dicto ordinis Cisterciensis monasterio, iuxta idem oppidum, quieuit. Cum enim per decem annos episcopatum rexisset, & vir mundus ac immaculatus à carnalibus vitijs, contra sacerdotes focalistas acrem sermonem habuisset, ferè ab eis est occisus. Unde à Pontifice petijt dimissionem, nec senex alium episcopatum acceptare voluit.

In huius anniuersario depositionis die, tumba eius ornatur tapetibus, floribus, & luminaribus, quæ vocantur stal-lichten: officium autem defuncto-